



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

351. Feria 2. Dominica 2. Adventûs. De Aspiratione ad divinam unionem,  
quid Christus fuit Viator & Comprehensor.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

## MEDITATIO CCCLI.

Feria 2. Domin. 2. Advent.

*De Aspiratione ad divinam unionē, quia  
Christus fuit Viator & Comprehenfor.*

**A**spiciam D. JESVM Viatorem & Com-  
prehenforem. Petam, ut nulla via mea sit,  
nisi directa ad comprehensionem Dei.

*Conf. 1.* Quomodo similia facile copu-  
lantur, ut aqua & aqua, ignis & ignis. Quare  
in pacem cum Deo inivi, & ex carne factus  
sum Spiritus, Deo meo tanquam fini omni-  
bus modis possibilibus uniri concupiscam.

*Conf. 2.* Ut ad divinam unionem aspirem  
desiderabo 1. unionem cum Deo mei intel-  
lectus, & memoriae, in qua Deum semper ha-  
bere curabo, & cum in me intuebor. 2. Unia-  
mentum meam cum Deo, actualiter illum  
complexando ut summum & æternum bonū  
meum, & me, ac omnia in eius beneplacito re-  
ponendo, ita ut nihil præter eum velim aus-  
cupiam. 3. Desiderabo unionem imagina-  
tionis cum Deo, ita ut quietam imaginatione  
formem imaginem lucis pulcherrimæ, vel  
ignis splendidissimi, vel alicujus rei similis, in  
qua Deum quasi absconditum imaginer, Ut  
ad amorem ejus accendam. 4. Curabo tran-  
quille habere unionem appetituum, ita ut ad  
Deum imaginatione cognitum cordis moti-

632 *Feria 3. Dom. 2. Advent.*

bus afficiar. 5. Petam unionem sensuum exteriorum cum Deo, quæ in hoc erit, ut sensus pro illo tempore se à terrenis abstrahant, & à bono quietis animam non avertant.

MEDITATIO CCCLII.

*Feria 3. Domin. 2. Advent.*

*De Resignatione in D. IESVM, qui fuit sine Patre & Matre.*

**A**spiciam D. IESVM carentem Patre in terris, Matre in cœlis, & tamen offerentem se in manus Matris, & resignantem in manus Patris. Petam eum assequi.

*Conf. 1.* Quomodo D. IESVS non solum supremam magnitudinem & Majestatem Patris in cœlo & terram semper sit reveritus, sed & Matri suæ semper fuerit obtemperans; dicam & ego coram eo, & quocumque gubernante me nomine ejus: Fiat voluntas tua.

*Conf. 2.* Ideo resignabo me 1. ad mortem, quando eam Dominus venire volet, & factitandum sepulchrum voluntate Dei circumdatum, Regum palatij, & delicijs præferam. Resignabo me etiam ad vitam non ob aliud, quam ut impleatur voluntas Dei, & in perpetuum Domino holocaustum fiam sive vivus, sive mortuus. 2. Resignabo me ad quamcunque ægritudinem & dolorem corporis juxta Dei voluntatem, ita & ad incolumitatem, quam  
in